



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

63 Ordinariorum appellatione veniunt Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchae,
& Primates.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

sterio, seu domo nimium distat, neque etiam hoc casu; si peculiaribus regulæ constitutionibus id vetitum sit: ullo modo comedere, refocillare, aut cibum sumere possunt, sub penas privationum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendis, ut in decreto sub die prima Aprilis 1590. facto, omnibusque procuratoribus ordinaria in Urbe degeantes intimato, *de quo in decisionibus ejusdem Sacra Congregationis manuscriptis circa siem libri.*

58 Nec possunt † regulares, quibus cura monialium sublata fuit etiam de licentia, & jussu Superioris Ordinarij illas in confessionibus audire, & ita ex mente Gregorij XIII. fuit à prædicta Sacra Congregatione decisum, *ut in prædictis decisionibus super eod, cap. 5. idem Gregorius XIII.* Cohabitatio autem, ac collocutio, Monachorum cum monialibus propter insidias Diaboli, est valde suspecta. *cap. disfinimus, cap. in nullo, &c. Monasteria, 18. quæst. 2.*

Sexto, omnia capita ordinum, ut quatuor Abbates † generales quatuor ordinum generalium, videlicet, S. Benedicti, Cluniacensis, Cisterciensis, & Præ non straten sis, qui omnibus Abbatibus præferuntur, ut per Cassan. in Catal. glor. mundi. par. 4. 31. confid. in princ. & etiam omnes alij Abbates habent ordinariam jurisdictionem in suis monasterijs, ita quod possunt subditos suspendere, interdicere, & excommunicare, *cap. quant. & ibi glo. penul. de off. ord. Abbas. in cap. eum ab ecclesiistarum. numer. 10. & num. 12. eod. tit. & Cassan. ead. par. 4. 22. confid. vers. quint. Abbates.* Eadem autem auctoritate ordinaria, vigore tamen privilegiorum

cum facultate, & auctoritate ordinatis concessorum primam tonsuram, & minores ordines subditis suis, in quibus quasi Episcopalem habent jurisdictionem, usque ad Lectoratum inclusive conferre possunt *cap. 1. & ibi gloss. unie. cap. 2. & ibi gloss. in ver. Lectoris. 62. dist. gloss. pen. in c. 60. Abbates. de privil. in 6. Calices † etiam patenas, vestes sacerdotales, cruces, & alia in quibus sit tantum verbalis benedictio, benedicere possunt, non tamen calices consecrare, ut ibi eadem glo. pen. vers. faciunt hec, nisi facultatem habeant ex speciali Sedis Apostolicae indulto.*

Septimò, Magnus † Magister Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani habet in suos fratres, & subditos ordinariam jurisdictionem cum mero, & mixto imperio *ut in Bull. Rom. Pij. III. c. 14. pag 657. §. nec non tunc*, cum facultate commendas, & alia beneficia conferendi, *de quibus infra: quam jurisdictionem habent etiam omnia capita Ordinum aliarum militiarum regulatum auctoritate Apostolica erectorum.*

Ordinariam jurisdictionem habent etiam vicarij † generales Episcoporum, Archidiaconi, & Archipresb. *ut tot. tit. de off. Vic. de offic. Archid. & de offic. Archipresb. & quamplures alij, sed, quia de singulis dicere, qui habent ordinariam jurisdictionem, pluribus esset agendum, cum non possit dari certa doctrina stante, quod sibi per consuetudinem acquiritur, & amittitur, ut per Innoc. in cap. 3. numer. 3. de off. ord. alij omissis, queritur, nunquid Ordinarius possit allegari suspectus, & quis causam suspicionis admittere possit.*

63 Ordinariorum † appellatione hoc casu veniunt non solum Episcopi, sed etiam Patriarchæ,

triarchæ, Primate, & Archiepiscopi, quia eorum ordo est quadripartitus in Episcopos, Archiepiscopos, Primate, & Patriarchas. ut cap. cler. §. ordo vero. 21. dist. ad⁶⁶ quos causarum omnium tam civilium, quam criminalium ad forum ecclesiasticum spectantium in prima instantia cognitio spectat. Conc. Trid. c. 20. de refor. s. f. 24. & c. 1. de reform. comp. & nunquam in prima instantia per Signaturam justitiae alijs committuntur, quam locorum Ordinariis, nisi illi ex legitima, & in jure expressa causa, recusarentur, quo casu tunc judicibus in partibus committuntur Congreg. conc. in decis. super eod. cap. 20. sub rubr. de prim. instan. in princ.

Causæ in jure expressæ, quibus judices possunt allegari f. suspecti, sunt plures, nempe, si judex est dominus adversarij, aut vassallus, aut suffraganeus impenetrantis, sive consanguineus, vel advocatus fuerit in ea⁶⁷ dem causa pro ipso impenetrante, aut si habet causam similem. Quatuor enim ista timor, odium, dilectio, census saepe solent hominis rectos pervertere sensus, ut per gloss. in c. causam que de off. deleg. quæ licet propriæ militent in delegato, de quo loquitur text. in d. cap. causam que, tamen habent etiam locum in judice ordinario, qui etiam suspectus potest allegari per text. in c. cum speciali juncta glo. in ver. de recusatoris. de appell. & ibi Abb. num. 11.

Causæ vero suspicione coram eodem judice debent allegari, & juris arbitri elegi, qui de suspicione cognoscant, & eisdem ad hunc articulum cognoscendum potest terminum assignare. ut c. suspicione, & ibi gloss. in ver. terminum de off. deleg. at, si arbitri non decidunt articulum suspicione intra terminum ab ipso judice præfixum,⁶⁸

poterit judex reassumere jurisdictionem, & in negotio principali procedere. cap. legitima in fin. & ibi gloss. fin de app. & Abb. in d. c. suspicione. n. 10. de off. deleg. licitum tamen erit recusanti judicem, si arbitri non lunt pronunciare, vel contra ipsum pronunciant, ad Papam appellare, ut per d. gloss. fin. in fin. & c. ab arbitris de off. deleg. in 6. & à pronunciatione super judicis competentia, vel incompetencia, Signatura justitiae commitit causas appellacionum ex supra allegatis, judice autem recusante admittere legitimam recusationem, ab eo appellari potest. ut cap. super questionem in fin. de off. deleg. & Abb. in cap. cum speciali. nu. 6. de appell. si vero causa recusationis sit frustratoria evidenter, non teneatur judex ad electionem arbitrorum devenerit, sed hanc exceptionem spernere deberit. Abb. in eod. cum speciali. num. 15. Quaritur an judice renitente admittere f. legitimam recusationem, & arbitrorum juris electionem, ad proximum superiorum, nempe ab Episcopo ad Archiepiscopum, vel Legatum, vel Prolegatum, vel Nuncium Apostolicum appellari possit: appellations, autem ab Episcopis ad eosdem deferuntur. ut cap. 1. de off. c. leg. hoc tamen procedit in sententia diffinitiva, sed, cum haec appellatio non sit à diffinitiva, propterea ad Papæ audientiam est appellandum d. cap. super questionum. in fin. de off. deleg. Recurritur autem in Romana curia ad Signaturam, à qua super allegatis suspicioneibus causæ alii judicibus committuntur, ut per Stafil. in tract. de commiss. lit. just. §. quando conceditur. nu. 20. 21. & 22. sol. mihi 126. §. & dantur litteræ per tot. & Rot. decis. 3 de re script. in nov. & decis. 61. de rescrip. in antiqu.

Ab ordinario vero f. causa non avocatur,